



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

Vildeshusium Oppidum ... Ludovico et Antonio Verjusiis Fratribus. Joannis  
Commirii e Soc. Jesu ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

Seu celer ingenio vafrum præverteret hostem,  
 Seu rapido adversos sterneret ense globos.  
 Cæsarei tactus nunc fulmine Martis aheno,  
 Fortius haud potuit nobiliusve mori.

VILDESHUSIUM OPPIDUM

*cum ditioe per Pacem Monasteriensem Suecis concessum, nunc  
 Diœcesi Monasteriensi per Neomagensem Pacem recuperatum.*  
 An. M. DC. LXXIX.

**N**ON variat solus belli certamina Mavors,  
 Alternas etiam pax amat ipsa vices.  
 Testis VILSHUSIUM, VIDICHINDI regna nepotum,  
 Adjecta imperio bis, Mimigarda, tuo.  
 Nam quos abstulerat patriæ pax Suecica, bello  
 Pax iterum captos Suecica reddit agros.

LUDOVICO ET ANTONIO  
 VERJUSIIS FRATRIBUS.

*Parisos mittit pictam Imaginem suam.*

**A**RTIS Apelleæ spirantem munere vobis  
 VERJUSI, nostram mittimus effigiem;  
 Omnia mi similiem, nisi quod color illitus illam  
 Fucat: ab Archetypo fucus at omnis abest.

JOANNIS COMMIRII E SOC. JESU  
 IN JONÆ PROPHETÆ HISTORIAM  
 PARAPHRASIS,

*Paraphrasi Hugonis Grotii antecellens.*

**C**OMMIRI Ninives qui fata canentis Ionæ,  
 Aufoniis reddis carmina carminibus: